

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

August Varenius

**Augustus Varenius SS. Theol. & Phil. D. Hebraicorum Professor. Et Universitatis  
Rostochiensis Rector Ad Solemnam ... celebrationem & Spiritus Sancti Summi Et  
Benedicti Dei Israelis. Sanctissimam meditationem Omnim ordinum Cives  
Academicos sancte ac reverenter invitati**

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734835345>

Druck    Freier  Zugang



R U Progr. 1652

Aug. Varenius

Joh. Corfinius

Aug. Varenius

Joach. Stockmann

Nicol. Schütz



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn734835345/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734835345/phys_0002)



A V G V S T V S V A R E N I V S

SS. Theol. & Phil. D. Hebraicorum

Professor.

E T

Universitatis Rostochiensis  
RECTOR

A D

*Solemnem tuis mortuorum celebrationem*

&

S P I R I T U S  
S A N C T I S U M M I  
E T B E N E D I C T I  
D E I I S R A E L I S .

*Sanctissimam meditationem*

Omnium ordinum Cives Academicos  
sanctè ac reverenter invitati.



R O S T O C H I I ,

T y p i s N I C O L A I K I L I , A c a d . T y p o g r . 1 6 5 2 .

3

**S**ancissima sub veteri Fædere Majestatis Pentecostalis  
in solemnibus Hebraeorum & anniversaria erat me-  
moria, in quâ recolebat Ecclesia Jakob majestaticum  
illud, quod divino verborum fulmine Rex in ISCHU-  
RUN, in novissimâ & magnificentissimâ XII. tribu-  
um benedictione Deut. 33. expressit v. 2. 3. 4. benefi-  
cum: IHOVAH de Sinai venit, & de Seir ortus est ISRAELI: splendide drepente  
emisit ex monte Paran, & venit ex myriadibus sanctitatis: à dextra ejus ignis  
Legalis (apparuit) illis: quæ ipsa majestatica summi Dei ex S I N A I in  
CHOREB ἐπιφάνεια ineffabile SANCTIS ISRAELIS erat dilec-  
tions divinae argumentum, unde statim Magnificus Mosche Majestati appa-  
ritionis illius Pentecostalis V. T. patheticum subjungit epiphonema de  
Majestatici Israelis Dei Φιλανθρωπίᾳ: Verè diligit populos: omnes SAN-  
CTI ejus sunt in manu tuâ v. 3. Nobis, licet non de Seir, nec ex Sinai  
IHOVAH, nec Legalis & fulgurans ignis apparuerit, idem tamen in pri-  
mam N. T. πεντηκοστὴ dictum, ad N. T. πεντηκοστὴ primam, salvâ hujus  
excellentia, & illius terribilissimâ epiphaniam applicare licebit: Utrobiq;  
IHOVAH BENEDICTUS DOMINUS DEUS ISRAELIS: utrobiq;  
myriades sanctitatis: utrobiq; Paran: utrobiq; seir & ἡχος πνοης βιβλιος  
utrobiq; ignis: ibi Legalis: hic Evangelicus, quando sc. visæ sunt Apostolis  
dissictæ linguae velut igneæ: & sedit ignis ille super singulos illorum, & impletæ  
sunt omnes SPIRITU SANCTO & cœperunt eloqui novis linguis  
(magnalia Dei) prout SPIRITUS ille (insidens in linguis Igneis) dedit  
eloqui illus Act. 2. 3. 4. Annon magis hic causa exclamandi: Certè diligit  
populos: omnes SANCTI ejus sunt in manu tuâ? Neq; verò hoc Pente-  
costale N. T. mysterium sub Veteri fædere fuit velignoratum vel absconditum:  
ut enim taceam, quod Petrus in primâ Pentecostali concione  
potentissime & ad κατανοῦσιν usq; τῆς καρδιᾶς ex solis Prophetarum pan-  
dectis hoc thema probat: ab exaltato ad dextram PATRIS JESU  
CHRISTO, SPIRITUM SANCTUM fuisse effundendum Act. 2. 33.  
34. 36. ut taceam hoc ipsum mysteriis N. T. plenissimum Mosche va-  
ciniūm Deut. 33. consulatur Hymnus Chbakkuk c. 3. v. 2. 3. 12. 13. confe-  
ratur triumphalis de DEO incarnato Psalmus LXIX. ubi DEUS in-  
arido Israelis deserto incedens, tonans, fulgurans, cœlos, terramq; concutiens  
opponitur DEO superexaltato, & post victoriam & triumfum pluviam  
spontaneitatum stillare facienti, per illam, populum maximè spontaneum sibi  
con-

congreganti , defatigatam Gentium hæreditatem redinſtauranti , DEO  
sermonem danti , Evangelizantium exercitum amplum conscribenti , v . 9. 10.  
II . 12. quorum omnium complementum jam in primâ ~~πεντηκοστή~~  
N . T . contigisse , vel ex clausula constat Actuum Apost . c . 2. ubi &  
**עַם נָרְבוֹתָה & צָבָא הַכּוֹבֶשׁ רֹאשׁ** . Neq ; Pentecostes solemnitas in  
V . T . religiosè saltem fuit imperata , vel ut FESTUM MESSIS Exod .  
23. 16. FESTUM SEPTIMANARUM Exod . 34 . v . 22 id est , post  
7. Septimanas , quarum initium ab altero die Paschali , quo immittebatur  
falx in segetem , ad manipuli sacri **רָאשֵׁי** dimensionem , solemnis ritu  
celebrandum : Lev . 23. 15. 16. Festum bicurim s . primitiarum offerenda-  
rum ex LL . alleg : sed & æterna Lex Festorum s . Solemnitatum recte cele-  
brandarum præscripta Deut . 16. 9. Septem septimanas numerabis tibi ; ex  
quo inceperit immitti falx in segetem numerabis tibi 7. Septimanas , & tum  
τὴ ημέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς , facies festum septimanarum JHOVAH DEO  
TUO Spontanea oblatione manus tuæ , qvam dabis : secundum qvod bene-  
dixerit tibi JHOVAH Deus tuus : & gaudebis coram JHOVAH DEO  
TUO . &c . Primum quod sapientissimus Legislator morale inculcat  
est : Festum pentecostes celebrare JHOVAH ELOHIM , soli , Summo  
JSRAELIS DEO . Obtinebimus autem primum hoc Pentecostale postu-  
latum verâ fidei , de Summâ Divinitate , distinctâ personalitate , æquali à  
Patre & Filio processione , ac personali operatione SANCTISSIMI  
SPIRITUS , professione , sanctâ beneficiorum S . S . applicatione ,  
ac humili secundum Spiritum ambulatione . Evidem non defuerunt  
proximis postChristum seculis , nec defunt nostris , qui vel summam illam  
SPIRITUS SANCTI divinitatem , vel personalitatem vel totam .  
Catholicam de SPIRITU S . fidem suis argutis eruere ausi sunt blasphemis ,  
nostro maximè seculo , quo eadem agitur hæresium , Tragoedia ,  
mutatâ saltem caveâ & histrioibus , blasphemi Photiniani : neq ; defunt  
qui SPIRITUM S . profitentur se scire : sed factis negant , cum sint abomi-  
nandi , non obedientes , & ad omne opus bonum rejectanei . Tit . 1. 16. at hi ipsi  
longè errant , si se solemnitati præsenti satisfacere putant : neq ; enim ce-  
lebrant festum vero Deo , qui est JHOVAH ELOHIM , & SANCTUS :  
sed ( horret animus dicere ) Diabolo . Tales olim seculo 4. fuerunt , qui  
SPIRITUS S . divinitatem oppugnarunt , indeq ; Pneumatomachi dicti  
sunt , Macedoniani , s . Secta Macedonij , qui Constantinopolitana Ecclesiæ  
Antistes fraudulenter ac per scelus factus , cum sceleratâ suâ Secta docuit

*Spiritum S. non nisi creaturam esse, & adeo remotam ab essentiâ productori: neq; aliter hic sentiebant Eunomœani, & Anomœi, quorunt uti circa personam Spiritus S. eadem erat cum Macedonij sectâ, blasphemia: ita circa personam filij major erat hæresis, Ariana sc. ex assé, per quam & Filium & Spiritum S. negabant Patri æqualem, ὁμοούσιον, & sumimum Deum, cum Macedoniana, Ariana saltē esset ex semisse, in solâ contra SPIRITUM SANCTUM blasphemia. Neq; minor blasphemia Val. Gentilis superiori seculo, qui spiritum S. essentiali à Patre & Filio distinxit numero, eundemq; inæqualem dixit Essentiatori essentiatum: neq; minus blasphemii, qui à superiori seculo horridas suas blasphemias jam olim ab Ecclesiâ Catholica damnatas ex horridis Poloniae, Transilvaniae desertis in Theatrum produxerunt. Negant blasphemii illi ullibi in Scripturis Spiritum S. expreſe DEUM dici Catech. Racov. p. 41. Annon mendacissimi? Act. 5. v. 3. 1. Cor. 3. 16. c. 12. 5. 6. 2. Sam. 23. 2. 3. Luc. 1. 68. cœterum non tam Arrij: quam photini secta videri volunt, quem Christianum ab Antichristo condemnatum, verius dici putat Smalcianus, quam hæreticum blasphemum Disp. i. de Trin. p. 10. atq; adeo non tam æternitatem, & divinitatem: quam distinctam à Patre & Filio, personalitatem Spiritus S. impugnant conf. Smalc. Disp. de Trin. p. 33. Ostorod. in Unterrichtung p. 32. vom H. Geist halten wir/ daß er keine Person sey/ welche von dem einigen Warhaftigen Gottes dessen Geist er ist unterschieden were: sondern nur allein seine Kraft/ wiewol nicht eine jegliche: sondern nur die welche da irgend auf einerley weise heilig mache. Annon cadaver consequentiae? Spiritus S. est δύναμις ἐξουσίου Luc. 24. 49. E. non est persona divina à patre distincta hypostaticæ. Annon & CHRISTUS δύναμις Θεοῦ hypostatica i. cor. 1. 24. & vere persona, quod nullus negabit photinianus. Sic catech. Racov. quæ p. 245. ad quæstionem: ob der Heil. Geist eine Person in der Gottheit sey? rotundè resp. Er ist auf keinerlei weise/ den es werden dem H. Geist in Heiliger Schrift solche ding zugeschrieben welche einer Person keines weges zugehören. Blasphemiae huic simplex Christianus recte opponit baptismum CHRISTI, ubi Pater in voce: Filius in carne: Spiritus S. in columba specie & quidem γενεθλίων ἐν τῷ σώματι καὶ διδικτος distinctas in una divinitate personas probant Matt. c. 3. 16. 17. baptismum nostrum, ubi baptizari æqualiter & pari planè modo jubemur in nomine patris, Filij & Spiritus S. Matt. 28. 19. item loca, ubi Scriptura distinguit Patrem, Filium & Spiritum S. tanquam ALI-*

ALIUM & ALIUM, vel ut unam personam ab ALIA, ut mittenitem &  
missum: Ego, ait CHRISTUS, rogabo Patrem, & ALIUM Paracletum  
dabit vobis Joh. 14. 16. Gal. 4. 6. Joh. 25. 26. Frustra hic objicit Catech.  
Rac. Smalc. Ostrood. &c. i. Sam. 12. 18. Exod. 14. 31. Act. 20. 32. manifesta  
enim est disparitas; dum attributum organo ministerialiter: Deo principa-  
liter & eminenter tribuitur: hic autem unum nomen atque adeo in eodem  
sublimi respectu Baptismus fit in nomine patris, Filii & S.S. Frustra i. cor.  
10. 2. Act. 19. 3. Sive enim illud εἰς μωῆν cum syro sumas pro בְּרֵךְ מֹשֶׁה  
ministerio Mosis, sive pro objecto baptismatis, à quo ne ipse quidem Moses  
exclusus fuerit, sive pro termino & scopo baptismatis, qui fuerit obligari per  
mare & nubem ad credendum doctrinam Mosis, luculenta est discrepantia ab  
hoc loco, ubi CHRISTUS propriè tanquam de Sacramento N.T. loquitur,  
& baptizari jubet in nomine Patris, Filii & Spiritus S. Sic discipuli illi  
non baptizati sunt in nomen Iohannis: sed in baptisma vel baptismate Ioh-  
annisi. s. baptismō aquae, qui erat sine stupendis illis, quæ Baptismum  
Christi concomitantur, Spiritus S. donis. Neq; caret apodictica-  
majestate locus Iohannis, de tribus testibus in cœlo i. Joh. 5. 7. qui versus  
legitur in optimis quibuscq; & vetustissimis exemplaribus: allegant etiam  
Hyg. ep. i. Cypr. l. de unit. Eccl. At banis. l. i. ad Theophyl. Imo hic usus est eo  
testimonio in Disputatione cum Ario habitâ in concil. Niceno: & vetusta  
vulg. Edit. anno 1482. habet. Frustra hic excipit Catechesis: Dieser  
Orth redet von nichts anders als von dem Zeugniß daß Jesus Gottes  
Sohn sei. Das aber auch die dinge die keiner Person sunt / können  
Zeugniß geben/ wird bewiesen aus folgenden Wörtern / drey sind die da  
zeugen auf Erden / der Geist / Wasser vnd blut Contra i. locuſ hic lo-  
quitur expreſſe de tribus personis testantibus. 2. patrem & verbum esse  
2. distinctas personas, ne ipſi quidem negare audebunt: pone ergo Spir-  
itum S. non esse distinctam personam: sed ita se habere, uti Omnipoten-  
tia &c. jam non 3. sed 2. saltem eſſent testes in cœlo: quomodo Deus  
Pater & omnipotentia non faciunt duos testes. Excipit illud:  
Hi tres unum sunt, de Unitate testimonii, non Essentiæ intelligendum: at illi ipsi  
Patrem & Spiritum S. essentiā unum concedunt: dum Patrem per Spiritū  
S. non tanquam per instrumentum operari: sed ut per virtutem divinam,  
quæ à divinā essentiā reapse non est distincta, dicunt. Hactenus ergo  
Pater & Spir. S. εἰ τριῶν οὐδεὶς: annon autem & Verbum? Expresſe Jo-  
hannes Θεος ἦν οὐδεὶς, Expressè CHRISTUS: EGO ET PATER

A 3.

UNUM

**UNUM SIMUS** Joh. 10. ita ut utriusq; una numero sit manus & divina  
potentia & majestas: Cœterum videamus quid contra Personalitatem  
Spiritus S. objiciat Catechesis Racov. à p. 245. 1. *Qui datur non est persona.*  
R. conf. Joh. 3. 16. Es. 9. 4. An ergo nec Filius erit persona per se subsi-  
stens? 2. *Ex quo datur vel secundum mensuram, vel sine mensurâ, is non est*  
*persona:* item *qui effunditur, & ex quo effunditur &c.* R. quæ dicuntur de  
Spiritu S. resp. donorum ejusdem personalitatem non tollunt: sed sup-  
ponunt divisiones donorū sunt, idem autem Spiritus i. Cor. 12. Ob. 3. Illud:  
*Nondum erat Spiritus s. quia CHRISTUS nondum erat glorificatus.*  
Joh. 7. 39. R. non fuit certo respectu, sc. quo ε μελλον λαμβανειν οι  
μετουργικας αυτης seu illo excellenti donationis modo pentecostal Act.  
2. 3. obij. 4. Der H. Geist ist Natürlich nicht ausser Gott: sondern in Gott  
selbst. Weil aber eine Person in der andern / reciproce nicht sein kan/  
daher kan man sehen/ daß der H. Geist keine Person ist. p. 247. R. i. Sup-  
ponitur absurdissimum in Theologia: Persona non est in Personâ altera,  
quicquam. 2. Filius certe persona est, quod nullus negaverit Photinus,  
& tamen ille Joh 14. 10. *Nonne credis philippe, quod ego sim in Patre, &*  
*Pater in me sit?* indivisibilitas essentiæ fundamentum est το εχωντος.  
N. ergo conseq. *Spiritus S. naturâ est in Deo. E. non est persona:* nec impli-  
cat Deum, ὅμοιος πιπίως accepto vocabulo, esse in Spiritu S. quia hi tres unum  
sunt i. Joh. 5. 7. Habemus autem consonantem reū: Die H. Schrift schreibt  
dem H. Geist solche ding zu/ welche eigentlich den Götlichen wesen zuschrebe.  
E. *Spiritus S. naturâ Deus.* Sed vide blasphemam corruptæ rationis Photini-  
anae argumentationem: Weil nur ein Götliches wesen ist/ das vielen  
Personen zugleich keines sinnes kan gemein sein / verhalben wird daher  
kräftig (blaspheme) geschlossen / daß der H. Geist nicht könne eine Per-  
son in der Gottheit sein. Scilicet in hæc rationis deliria tandem resol-  
vitur impietas photiniana: *Una numero essentia non est communicabilis*  
*tribus Personis sine multiplicatione sui: Item: Quot sunt Personæ tot sunt essen-*  
*tiae numero distinctæ, &c.* Misera omnia & blasphemæ, uti & illa quæ pro  
suâ Protopopæjâ obijciunt exempla Rom. 3. 19. 6. 7. 11. Gal 3. 3. 8. 1. Cor. 13.  
contra quæ notentur loca Matth. 28. 29. Joh. 14. 16. c. 15. 26. 1. Joh. 5. 7. 8. 9.  
Quid enim in hoc argumento: Operatio divina tribuitur Spiritui S. ut vir-  
tuti Dei. E. Spiritus S. non est simul peculiaris & per se subsistens Persona, à Pa-  
tre, Filio, distincta, quæ per se operatur? Sano autem sensu accipimus illud:  
Es wirdt offi vnter dem Namen des H. Geists niches anders ver-  
standen/dann Gott selbst (quia sc. spiritus S. est naturâ Deus) so fern er seine  
Kraft

Krafft (virtutem essentialiē) durch den Geist (Spiritum S. distinctam  
à Patre, Filioq; Personam) beweiset. Cœterum pausam hic imperat Pro-  
grammatis angustia. Alterum primi Pentecostalis postulatiū membrum  
est ambulatio secundum spiritum quæ licet dia maris nū ēy imperatur  
Luc. 1. 75. hoc tamen tempore, quo SANCTISSIMI SPIRITUS  
Sancta recolitur memoria, apprimè debet esse commendata; insoner  
ergo auribus nostris hoc maximè tempore vox illa SANCTISSIMI  
LEGISLATORIS Lev. 19. 2. VOS SANCTI ERITIS, QUIA  
EGO SANCTUS SUM, JHOVĀH DEUS VESTER: item illud  
Pauli: Pacem sectamini cum OMNIBUS: & SANCTIMONIAM SINE  
QUA NEMO DEUM VIDEBIT Heb. 13. 14. Tristis & terribilis vox  
est, quā ISRAELITARUM erga SANCTISSIMUM SPIRITUM pro-  
fana rebellio notatur Es. 63. 10. Illi exacerbarunt, & irritarunt, Spiritum S.  
ANGELI FACIERUM ī. SPIRITUM CHRISTI: quod autem ho-  
rum rebellium supplicium? Id vero statim additur: Ille ergo, SPIRI-  
TUS SANCTUS, mutatus est illis in inimicum, in dō ille ipse ut hostilis bella-  
tor, pugnavit contra eos. Audite vos, qui Cyclopicā vitæ profanitate, qui  
obscenā, & flagitiosā carminum spurcitie, brevibus Gyaris & carcere dignā  
irritatis Spiritum S. exhorrescete ad tam terribile supplicium: definite  
amplius tristitia afficere Spiritum S. per quem obſignati eſtis in diem re-  
demtionis: nullus sermo putris ex ore vestro egreditor: sed si quis est bonus ad ex-  
adificationis usum, ut gratiam auditoribus adferat: eſtote alij in alios benigni,  
misericordes, condonantes vobis mutuo offensas, sicut & Deus in CHRISTO  
condonavit vobis. Ephes. c. 4. 30. 32. Secundum postulatum penteco-  
stale est רְכֻבָּה Spontanea oblatio manus, quod licet ad illam,  
quæ in Republ. Israels obtinebat Truman, de quā alibi diximus, respiciat,  
omnibus tamen Spontaneam munificentiam & liberalitatem secundum  
quod benedixit singulis JHOVAH, inculcat, atq; adeo commendat  
illud Apostolicum: της εὐμαρτίας ῥητού κοινωνίας μη ἐπιλαμβάνεσθαι.  
Τοιαύταις δὲ Iudeis εὐαγγελίαι δέ θεος. Hebr. 13. 16. Tertium, est  
solemne Gaudium coram DOMINO, illud Gaudium, quod est ipsum J.  
CHRISTI regnum, quippe quod est JUSTITIA PAX & GAUDIUM  
IN SPIRITU S. Rom. 14. 17. & JUSTORUM peculium Ps. 68. 2  
de quibus omnia ampla dicendi materia esset, nisi Programmatis an-  
gustia obstaret. Vos adhortor, CIVES ACADEMICI, ut præfens  
festum non Diabolo: sed illi qui est JHOVAH ELOHIM SANCTUS,  
SANCTUS SANCTUS pia Persona, divinitatis, beneficiorum Spiritus S.  
medita-

meditatione & confessione, ac Sancta coram Deo ambulatione, memores quoq;  
tis euangelicis nos regnarios sancte celebretis. Ignis est & Sanctissima  
flamma Spiritus S. in linguis igneis super discipulos venit, & illos flammis  
loqui fecit flammatibus linguis. Accedite ad hunc ignem, ut ardeat  
cor vestrum, ut singuli dicere possitis cum Davide לְכָה שָׁמָן, Ps. 45. 1. 2.  
Spiritus est ηρός, in quo omnes Sancti suum Abba intonare possunt,  
quippe qui contestatur Spiritui nostro, quod simus Dei filii, & qui ὑπερτυγάνιον  
pro nobis gemiribus ineffabilibus Rom. 8. 15. 16. 26. Idem tamen &  
hostium suorum hostis est, immo redarguit mundum de peccato, de justitia, de  
iudicio, quod licet CHRISTUS abiverit ad patrem, & vicerit ac judicave-  
rit, mundum ac principem mundi, tamen tam multi non credant in hunc  
JESUM CHRISTUM & incredulitate se excludant a regno celorum  
Joh. 16. 9. Maximus Pentecostalis thesaurus in hodierno proponitur  
Evangelio ab ipso CHRISTO sc. dilectio Patris, & gratiofa inhabitatio  
totius SS. Trinitatis. Is autem nemini contingit, nisi qui CHRISTUM  
diligit: nemo autem CHRISTUM diligit, nisi qui sermonem CHRISTI  
servabit. Vx ergo vobis qui sermonem CHRISTI non observatis: qui  
CHRISTUM non diligitis: nec vos pater diligeret: nec PATER FILIUS  
ET SPIRITUS S. mansionem apud vos facient: o vos miseros vitâ, & in su-  
premo mortis agone! quia enim, flammis Spiritus Sancti hac in vitâ admittere  
noluistis, æternum damnavi ardebitis. Vos autem, qui CHRISTUM  
diligitis, vos illi estis, quos Pater diligeret: ad quos Pater, Filius & S.S. veniet,  
apud quos tota SS. Trinitas mansionem faciet: in hoc thesauro pentecostali,  
quod regale est omnium SANCTORUM incomparabile, vere triumfare,  
& quod tertium fuit postulatum pentecostale, CORAM JHOVAH DEO  
VESTRO EXULTARE potestis. Valete & GAUDETE SED  
CORAM DOMINO. P.P. Rostochij feriâ i. Pentecost.

Anno 1652. sub sigillo Rect. Univers. Rost.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn734835345/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734835345/phys_0011)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn734835345/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734835345/phys_0012)



CHRISTUS imperat  
CHRISTUS vicit, & i  
Cunctorum dominantium su  
Cum quo vincere & imperare  
Aut regnare, beatus is triun  
Extruamus iurum aram, ac  
phali, & in medio aræ hoc e  
mandemus. Nunc facta salu  
virtus & regnum DEI nostri  
TI eñus; quia dejectus est accu  
strorum, qui accusabat eos an  
strum die ac nocte. Faciamus p  
soluto olim Romani triumphi  
in Capitolio votis gratiarum a  
solemni ritu persolvebant,  
ACADEMICI, qui in C  
phatis, & quos CHRISTUS  
tes, ut Apostolus loquitur, fid  
lumus, ut ferias hasce Pascha  
rum devotione & debitâ gratia  
bretis. Bonam igitur militiam  
conscientiam retinete, corona  
tate, quam ut reportetis, opera  
cum CHRISTO resurgere. C  
enim resurgere vita est.



the scale towards document

unus.  
rex

triun-  
inscribi  
IS TO  
CHRI-  
rum no-  
tum no-  
uod ab-  
icupatis  
Diis suis  
, Cives  
triun-  
mphant-  
atos vo-  
animo-  
ne cele-  
bonam  
æ repor-  
est prius  
KISTO

Hæc